

Petrus de Vinea

*Ep. VI 10 (Tenore presentium
notum facimus uniuersis...)*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Petrus de Vinea

*Ep. VI 10 (Tenore presentium
notum facimus uniuersis...)*

1252-1254

Priuilegium concessum Comiti H.

1. Tenore presentium notum facimus uniuersis, quod nos, attendentes merita fidei, quam ad nos et Imperium specialiter dudum H., comes de..., habuit, rerum dispendia et personae periculum non uitando, licet se modico tempore a seruitiis nostris instinctu alicuius suggestionis auerterit: quia tamen ducimus gratiosum tam deuotum reuocare subiectum, et in plenitudinem nostrae gratiae reformare ipsum, respectu antiquae fidei, quam in magnis necessitatibus nostris pro nostri honoris nomine inuiolabiliter obseruauit, in gratiam nostrae recepimus maiestatis, remittentes ei omnem offensam et culpam, quam pro mutatione presenti noscitur commisisse.